

1. A. D. 1328 domini consules me Bertoldum, filium Alardi de [f. 1^a] Kyl in eorum notarium receperunt, sc. in sabbato proximo ante f. b. Nicolai episcopi (*Dec. 3*).

2. Nota: A. D. 1329 circa f. b. Martini episcopi domini consules de unanimi consilio sua sigilla tam maius quam secretum innovari fecerunt.

3.^{a)}) Villani de Lutzow sepius conquesti coram nobis, qui subditi sunt et fuerunt Leonis et Hennekini sui fratris^{b)} et Riben, quod angariati sepissime ab eis de precaria et servicio et exactione; de quibus vocati predicti a consulibus respondentes hanc libertatem in suis litteris habuisse. Perfectis litteris eorum secundum earundem tenorem sic consules diffinierunt ipsis ac nulli de servicio, precaria vel exactionibus aliquibus respondere, eciam illam vel exactionem vel precariam nulli debent dare predicti villani subditi predictorum Leonis, Hennekini Wieberni et Riben nec ipsis prelibatis.

4. Hinricus de Dalvitze et frater suus Enghelbertus, Conradus Went, [f. 1^b] Zegher^c), Godeke Thechelin et Hin[ricus] Voghedehaghen promiserunt pro Hennekinio Crispo ex parte caucionis dicte orveyde sub pena 200 marcarum.^d)

a) Rand: ↑

b) *verb. aus* Leoni et Hennekino suo fratri.

c) es folgt durchstr.: Alb.

d) Eingeheftet ein einseitig beschriebenes Blatt mit folgender Eintragung: Thydericus Vullenpunt vendidit Gerhardo Cellatori medietatem sue hereditatis iuxta Antiquum Forum pro 153½ marca slavicali, et est ei legitimo modo resignata. Nunc autem propter specialem favorem, quam Gerhardus ad ipsum Thydericum habuit, dedit sibi graciā talem, quod transactis 4 annis a f. pasche nunc venturo eam reemere poterit pro eadem summa; quod si non fecerit, tunc perpetue talis medietas ipsius Gerhardi et suorum heredum permanebit. Predictam tamen medietatem hereditatis Thidericus non debet reemere seu redimere cum pecunia accomodata ab aliis hominibus seu cum pecunia alterius nec eam reemere debet ad manus alieuius alterius, sed cum sua propria pecunia et istud, cum reemerit eam, coram consulibus cum suo iuramento confirmabit.

Isto modo debet dividii predicta hereditas a summo usque ad infimum, recte linaliter a foro usque ad domum Leonis, quam inhabitat, cum medietate curie et stabuli, ita quod illa pars, que est vicina domui Thiderici Wieberni, pertineat Gerhardo supradicto et alia pars Thiderico Vullenpunt. Infra hos 4 annos Thidericus debet morari, si vult, in domo iam dicta et dare Gerhardo quolibet anno 4 m. ex parte hushure.

Et Gerhardus debet prolongare suam bodam, quam inhabitat, usque ad instrumentum, quod vocatur darne. Sed Thydericus debet interponere unum gradum; Gerhardus etiam debet habere ianuam in domo de sua būda, ita quod libere et licite cum sua uxore et familia die noctuque curiam intrare possit, et tenere ac pascere 2 vel 4 porcos in stabulo vel curia et 1 vel 2 vaccas aut equos, quod nec Thydericus nec sua uxor nec quisquam ex parte eorum debet prohibere. Et laquearia sive bone ipsius Gerhardi ita spacioa debent fieri, quemadmodum

būda erit; Thyd[er]icus optinebit infra hos 4 annos ortum et agrum in campo, que ad hanc domum videntur pertinere. Si autem non reemerit domum, prout est expressum, extunc Gerhardus habebit ad ipsam domum tam ortum quam eciam agrum memoratum.

Ceterum si contingit ipsum Gerhardum quiequam exponere et consumere in edificando et meliorando ipsam domum infra hos 4 annos, hoc Thidericus prefatus sibi totaliter reddere debet cum pecunia capitali, antequam omnia predicta de libro civitatis deleanter. Sed quantum exposuerit, hoc Gerhardus suo iuramento debet verificare.

Si eciam Thydericus locum mutaverit alibi mansionem habendo, infra hos 4 annos, tunc si Gerhardo placuerit, poterit ad se recipere suam totam medietatem cum orto et agro supradicto, et facere sibi prout utilius poterit et valebit; si non, tunc semper Thydericus sibi 4 m. annuatim errogabit. Si vero, quod Deus non velit, predicta hereditas devastaretur infra dictos 4 annos per incendium aut ruynam, ita quod eam nullus inhabitare posset, tunc Thydericus deberet Gerhardo dare annuatim red. 15 m. pro suis denariis antedictis. Sed si elapsis 4 annis Thydericus non reemeret hereditatem, ita quod maneret ipsius Gerhardi propria u...^{a)}, Gerhardus sibi reddere deberet redditus iam notatos.

Actum A. D. 1319 feria V ante dominicam Reminiscere (*März I*).

^{a)} *Loch vom Rost gefressen.*